
Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1979.11417

Auteur(s) : Cyprien Athanase Lasseray

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Paris)

Imprimeur : Ballard

Période de création : 3e quart 18e siècle

Date de création : 1765

Description : Une feuille de papier tachée. Plusieurs déchirures sur les bords. Des perforations au croisement des pliures. Estampe dans la partie supérieure.

Mesures : hauteur : 728 mm ; largeur : 492 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention de la licence, Cyprien Lasseray, le mardi 11 juin 1765, à Paris. Les articles de droit civil traitent de la différence entre gage et hypothèque. Les articles de droit canon portent sur les différents types de légats ecclésiastiques. L'estampe représente un prélat en costume papal, sans doute saint Pierre.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1
ill.



OPTIMI AVUNCULI PATRONO.
THESES UTRIVSQUE JURIS.
EX MATERIA SORTITO DUCTA.
CANONICI. CIVILIS.

Ex Cap. 1. Extrâ. De Officio legati.

Ex Lege 1. Cod. Si pignus pignori.

- S**UMMI Pontificis, auctoritatis suae conservandae gratia, in remotissimas provincias legatos mittere solebant, qui personarum eorum representarent. Porro legatus est is cui generaliter in aliquo loco jurisdictionis commissa est.
- I.**
LEGATI triplicis generis distinguuntur; alii è numero cardinalium, cum amplissima auctoritate mittuntur, & dicuntur à latere; alii cum minori auctoritate è numero cardinum prelatorum mittuntur, & dicuntur missi; alii denique sunt qui, privilegio sedis, hanc sui dignitatem vindicant, qua ratione dicuntur nati.
- II.**
CUM legatus alieno beneficio jurisdictionem exerceat, non sunt propriè conditionarii iudices: sed tamen jure decretalium inter ordinarios reputantur.
- III.**
EORUM jurisdictionis perpetua est, nec morte delegantis expirat; in quo maxime differunt à delegatis iudicibus, quorum potestas morte delegantis re intergra expirat: delegati etiam à legatis in eo distinguuntur, quod delegati ad unam tantum causam, vel ad plures sequantur deorsum, cum hanc Legati generalem & in omnibus causis jurisdictionem valeant exercere.
- IV.**
NON potest tamen Legatus de causis alieni specialiter delegati cognoscere, nisi quia mandatum speciale generalis derogat, nec potest in forensium à delegato, secundum formam mandati latere, sine speciali rescripto mutare, quamvis ipsam confirmare valeat, & executionis mandare.
- V.**
SANE legatus à latere possit beneficia intra fines suarum provinciarum vacantis conferre, etiam in praedictis ordinariarum, quod etiam potest ad beneficia juri patronatus Ecclesiastico obnoxia.
- VI.**
POSSUNT legati a latere, sine speciali rescripto, ab abbatibus monachis in clericum inquisitionem absolvere, cum hoc tamen discrimine, quod legatus à latere potestas hanc competat etiam extra fines provinciarum sibi mandarum: legatus vero missus intra fines tantum suar provinciarum.
- VII.**
UTIQUE jure decretalium si metropolitanus sit legatus Summi Pontificis, potestas, jure legationis, de causis subditorum Episcopi in prima instantia cognoscere, quamvis aliis non possit metropolitanus de ipsis cognoscere, nisi per modum appellacionis, sed jura illa legationis adeptum est à Concilio Tridentino.
- VIII.**
CETERUM haec est Galliae nostra libertas, ut legatus in regnum non mittatur nisi postulate, vel saltem consentiente rege; tanquam nihil agere possint, nisi eorum mandata diplomate regio suscipiant, & in acta suprema patiensis curiae relata sint & approbata.
- I.**
PIGNORIS & hypothecae vocabula plerumque promiscuè usurpantur, in multis tamen differunt.
- II.**
PIGNORIS appellacione propriè continetur ea res quae traditur creditori, hypothecae vero nomine ea res quae nudi conventionis & sine traditione obligatur.
- III.**
VERUM pignoris & hypothecae nomine propriè hic intelligitur necus & obligatio rei quae alteri obligationi accedit majore securitatis gratia.
- IV.**
QUAMVIS res aliena saltem invito Domino obligari nequeat, pignus tamen pignori dari potest invito Domino.
- V.**
PIGNORE autem pignori dato nascitur secunda obligatio quae tam diu durat, quamdiu prior obligatio, nam priorae praesumpta pensatur etiam posterior.
- VI.**
NON enim tam res ipsa obligatur quam jus quod habet in ea creditor.
- VII.**
UNDE qui alicujus rei usum fructum pignori habet, non potest rem ipsam, sed tantummodo fructum & usum pignori dedit.
- VIII.**
SECUNDUS creditor cui primus creditor pignus pignori dedit, quamvis prior creditor non solvitur, habet alicujus pignoratitiam & retentionem pignoris.
- IX.**
QUIN imò jus habet detrahendi pignoris sicut primus creditor, nec distractione perfectâ integrum est creditori pecunia oblata vel soluti distracionem sine emptionem diluere.

Haec Theses ex utraque Jure, Deo duce, auspice Deipani & praeside CLYD. ALEXANDRO LUDOVICO THOMASSIN, I.U.D. Auctore & Synodo, meo consilio CYRILLUS AYMARIUS LANSERAY, Parisiensis, Baccalaureus, die Martis 11 Junii, anno Dom. 1765. ab auctoritate ad scripturam.

Aderunt cum jure suffragii forte ducti Clar. D.D. Desléves, Boyet, Jouan, Saboucau, Drouot, Hardein.

P A R I S I I S,
IN ANTIQVO JURIS AUDITORIO.
PRO LICENTIATU.

Apud CHRISTOPHORVM BALLARD, Consultissimam Facultatis Typographum, via Nucum.

